

PRAEFATIO

Quinque annis ab editione primi tomi ephemeridis Folia diplomatica praeteritis nobis, tomum secundum eiusdem operis typis tradentibus, licitum sit in margine huius novi tomi pauca annotare.

Idem dissertationes ab auctoribus plerumque minoris aetatis, X vernaculis nec non VI extraneis, conscriptas continet, quarum summa secundum opinionem nostram utile, partim quin etiam ad artem redactum opus est, in quo plurimae quaestiones tractantur, quarum perscrutatione ars diplomatica medii aevi modernis temporibus occupatur.

Si autem ita est, certe etiam opinio convenit metam scientificam Foliis diplomaticis a nobis designatam per hunc secundum tomum certo sensu immo vero melius quam per tomum primum contigisse complere.

Arbitrium datae quaestionis sane non nostri, sed potius lectorum huius tomi, in quorum manus opus finitum fideli animo tradimus, iuris est.

Ad extremum licitum nobis sit haec declarare. Fiat, ut post quinque annorum intervallum denuo cultores nec non amatores artis diplomaticae inveniantur, quorum cura et labore tertius tomus Foliorum diplomaticorum prelo tradi possit.

S. D. et J. Š.

Brunae mense febr. anni 1975.

